3704 [= 2569] tabula lata ped. VI, alta ped. IIIS, littera pulcherrima et florenti, sed nonnihil trita SMET. similiterque, sed brevius, PIGH. Neapoli in *S. Giovanni maggiore nel pavimento al incontro della porta principale* ACC. similiterque MET. Ibidem, sed in pariete hodie extat tabula recens restituta. — Beneventi VERVSIVS (vide infra).

/ VERATIO · A · F · PAL · SEVERIANO
EQVITI · RÓM · CVR · REI · P · TEGIÁNENSIVM · ÁDLECTÓ · IN · ÓRDIN ·
DECVRIÓN · CI'VI · AMANTISSIMÓ · QVI · CVM · PRIVILEGIÓ · SACER ·
DOTI · CAENINENSIS · MVNITVS · POTVISSET · AB · HONÓRIB · ET · MVNERIB ·
FACILE · EXCVSARI · PRAÉPOSITÓ · AMORE · PATRIAE · ET · HONOREM · AEDILITAT ·
LAVDABILITER · ÁDMINISTRAVIT · ET · DIEM · FELICISSIM · III · ID · IAN · NATALIS ·
DEI · PATRI · Ñ · VENATIÓNE · PASS · DENIS · BESTIS · ET · IIII · FERIS · DENT · ET IIII · PARIBVS ·
FERRÓ · DIMICANTIB · CETEROQ · HONESTISSIM · APPARATV · LARGITER · EXHBVT ·
ÁD · HONOREM · QVÓQVE · DVVMVIRATVS · ÁD CVMVLANDÁ · MVNERA · PATRIAE ·
SVAE · LIBENTER · ACCESSIT · HVIC · CVM · ET · POPVLVS · IN · SPECTÁCVLIS · ADSIDVE ·
BIGAS · STATVI · POSTVLASSET · ET · SPLENDIDISSIM · ORDÓ · MERITÓ · DECREVISS ·
PRÓ · INSITA · MÓDESTIA · SVA · VNIVS · BIGAE · HONORE · CÓNTENT · ALTERIVS
SVMPTVS · RÉI · P · REMISIT · L · D · D · D · C · I ·

Accursius I n. 1; Morillon ms. Amstel. f. 30; Pighius cod. Luzac. p. 155; Smet. cod. Neap. p. 169, ed. 84, 1 a Pighio vel Morillonio (inde Panvinius Rom. p. 441 ed. 1558, qui partem tantum ed.; Manutius orth. 179, 4; Ligorius Taur. vol. 5 s. v. Caenite et 12, 26; Fabricius ed. 1587 p. 57; Grut. 484, 6 ex Smetio et Pighii ms.); Waelscapple ms. f. 93 (ubi in margine adscr. est 'vidi'). 120; Metellus cod. Vat. 6038 f. 63 et denuo cod. 6039 f. 352, ubi auctores citantur Lud. Budaeus, Provinciales quidam, Morillon; Budaeus apud Pingonium f. 78; Ligorius cod. Visc. f. 39; Anonymus apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 192; Anonymus alter cod. Vat. 6217 f. 289; Fab. Giordanus ms.; Summonte 1, 311; Capaccius l. I. c. 21 p. 354; Engenio *Napoli sacra* p. 55; Celano *giorn.* 4 p. 48; Pococke p. 72; Gervasio *iscr. Napol.* p. 12; Guarini iter vag. mans. 3 p. 56. Orelli 2181. 2533. Nescio qua fraude Beneventani hunc titulum sibi vindicaverunt. Refert eum Verusius f. 28 (inde Ioh. Nicastro pinacotheca Benev. a. 1720 p. 33), legens 1 C·NERATIVS, cum subscriptione hac: 'Hieronymus Ruscallius Beneventanus 'I. V. D scribens D. Antonio Severiano hanc inscriptionem ponit, immo ait: numismata L. Severiani et lamina (?) aerea C. Eventi Severiani aed. 'in agro Beneventano inventa adhuc usque visuntur et plus millenaria monumenta testantur usum (?) C. Neratii ut supra'.

Examinavi titulum hodie extantem eumque recens incisum esse deprehendi; nam non solum deficiunt accentus paucis exceptis contignationesque satis testatae v. 8 fin. (ubi nunc cernitur EXHIBVIT) adestque in ipso principio praenomen, sed litterae quoque passim male factae sunt (ut s secunda v. 13 perperam iacet) cernunturque puncta quaedam (ut 5 post EXCVSARI, 8 post CETEROQ, 11 post SPLENDIDISSIM) ad imas litteras collocata, ut mittam errores quadratarii, qualis est 12 CI|TENT. Quam ob rem misso hoc exemplo variam lectionem attuli Accursii Morillonii Pighii (ms.) Ligorii (Visc.). Accentus et litteras eminentes dedi fere ad Accursium; accesserunt accentus hi ex Morillonio et Pighio: 2 RÓM — ÁDLECTÓ — 6 ÁDMINISTRAVIT (item Lig.) — 9 ÁD — QVÓQVE — ÁD — 11 ORDÓ (ORD' Pigh.); ex Morillonio: 3 CI'VI — 4 HONÓRIB (item Lig.) — 13 RÉI; ex Ligorio (Visc.) autem 2 ÓRDIN — 5 PRAÉPOSITÓ. Reliqua varia lectio haec est, sed est fere nulla. — 1 AVVERATIO Mor. et sic fere Met. — PAL·]P Pigh. — 2 in. //VITI Bud. — 6 III·ID] IIII·ID Lig. Met. m. 1. — 7 BESTIIS lapis hodie. — 8 DIMICANTIS CAETEROQ· Lig. — 9 CVMVLANDÁ in accentu consentiunt Acc. Mor. Lig. (non Pigh.). — 11 SPLENDIDISS Lig. Met. m. 2. — 13 fin. I om. Acc.

. . *Veratio A. f. Pal. Severiano equiti Rom(ano), cur(atori) rei p(ublicae) Tegianensium, adlecto in ordin(em) decurion(um), civi amantissimo, qui cum privilegio sacerdoti Caeninensis munitus potuisset ab honorib(us) et munerib(us) facile excusari, praeposito amore patriae et honorem aedilitat(is) laudabiliter administravit et diem felicissim(um) III id. Ian. natalis dei patri n(ostri) venatione pass(erum), denis bestis et IIII feris dent(atis) et IIII paribus ferro dimicantib(us) ceteroq(ue) honestissim(o) apparatu largiter exhibuit. Ad honorem quoque duumviratus ad cumulanda munera patriae suae libenter accessit. Huic cum et populus in spectaculis adsidue bigas statui postulasset et splendidissim(us) ordo merito decreviss(et), pro insita modestia sua unius bigae honore content(us) alterius sumptus rei p(ublicae) remisit. L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum) c(oloniae) I(uliae).* De sacerdotis excusatione cf. fragm. Vatic. 173*a*: [*si*] *sacerdotium cont*[*igit quo adversus*] *tutelam privileg*[*ium continetur*]. Passerem intellegendum esse struthionem monuit Lipsius epistol. quaest. 4, 9. Duumviratus offendit, cum praeterea Cumani magistratus praetores audiant.

3705 Cumis.

. . VERRIVS · M · F
. . . ONTANVS · LIBERI
SACERDOS

Fiorelli mon. Cum. 3 p. 9.

3706 [= 2570] basis. Neapoli FIL. in vico dicto *Mezo Cannone* in pariete domus D. Io. Cardini militis et utriusque iuris doctoris IVC.; in vico qui dicitur Iecza Canonica in pariete domus Hieronymi AVG. 26; in angusto vico post collegium PP. soc. Iesu MVR.; in collegio Neapolitano, *serve di mortajo a pestarvi il sale della vitriera per la neve* GIOV. Iam in museo publico notata nota Farnesianorum.

D M
M · VLPI · SECV
RI · OMNIBVS
urceus HONORIBVS patera
BIS DIGNE
FVNCTI · CVMIS
L · CAESIVS · AM
PLIATVS · HER

Descripsi et recognovi. Iucundus f. 112 (inde Augustinus cod. 3492 f. 35, cod. 3528 f. 37' et apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 331'; item opinor Fonteius de gente Caesia p. 144; Grut. 489, 4 ex Apiano et Fonteio, cuius lect. correxit vel corrigere voluit Fabretti emend. p. III) et ab eodem Bononius cod. Ott. f. 40, cod. Trai. f. 131'; Augustinus cod. 3540 f. 10', cod. 3528 f. 26' (inde male Apianus 113, 1); Filonardianus liber f. 100'; Mur. app. 6, 7 ex schedis Goetzianis; Giovenazzi a. 1758 dedit Zaccariae cod. Vat. 9127 f. 331: '*io la scoprii, 'chè la iscr. stava verso il muro. Lo dissi al Rettore, ma il povero marmo non ancora ha 'mutato fortuna, nè la muterà,* ut nunc sunt tempora'; Fiorelli cat. n. 470.

Notae quas Fiorellius addit in fine mihi sunt anni 1733 numeri, inversi scilicet.